

Occasionalia W-179.
potissimum carmina
vol. I. fasc. 19. ~~179.~~

Centuria annulariorum singulorum.

Urg. W-179.



SUPREMAM IN PHILOSOPHIA
LAUREAM,

V I R O

CLARISSIMO DOCTISSIMO QVE,

DOMINO

JOH. ALBINO
BUCHSBAUM,

UTRIUSQVE JURIS CULTORI
INDEFESSO,
EX MERITO

WITTEBERGÆ SAXONUM

A. O. R. M DCC XVIII.

DIE XVI. CAL. NOVEMBR.

SOLENNITER DELATAM

OBTIGISSE,

GRATULATUR

G. W.

VITEMBERGÆ,

TYPIS SCHROEDERIANIS, ACAD. TYPOGR.



Ascebatur hyems horna & nova fri-
gora Cauri
Spirabant, campique decuspallesce-
re primum

Cooperat, & sylvae flavas dimittere frondes;
Cum Pater, umbrosas, Parnassi, Phoebus, ad arces,
Concilium vocat, & Divum quos thuris honore
Doctorum gens sacra colit, confedit, eburno,
Ut solio, medius, causas, doctosque labores
Dispicit, & sanctos prophanis coetibus arcet.
Compositis reliquis, placide vaga lumina post-
quam

Confessu insigni paulum circumtulit, omnes
Suspiciens pariter, fatur: Quod candida nostros
Mica focos adolet, quod adhuc frequentia sacras
Dona tegunt aras, quod adhuc sunt Numina
curac

Terricolis, Phoebi, Sophie facit, illa ferocem
Barbariem domat, & tantos virtutibus, armat
In sua bella viros : Referant, industria, palmas,
Quas dudum merita est studiis doctoque labore.
Laurus amat, tantas, mea, pridem cingere frontes,
Emoritur scriniis inclusus cordis avari
Quantuscunque etiam thesaurus, glebaque cor-
pus
Mole tegens parva, dotes quoque mentis eodem
Immergit tumulo ; Sophie sed didita, semper
Incrementa capit, cum possessoribus, aucta.
Quin age Musa Viros sapienti frondē corona,
Fac alios doceant venerari altaria vestra.
Excipit Uranie : Meritis sua gloria quemque
Consequitur, paribusque animis sua præmia
ponit
Phœbeæ, virtus, frondis : Sed quid tamen addet
Æternum viridis laurus in mollia *buxi*
Germina, (BUCHSBAUMI, sic *Ie*, *Clarissime*
spectans
Fatur,) & haec per se nullis obnoxia ventis,
Nullo victa gelu, brumæ fera murmura spernunt.
Quidquod in hanc animam, quamvis pars ma-
xima nostri

Juris erat, non semper erit, Themidisque Sacerdos
Dicetur quondam, non infimus, atque ita nostris
Auspiciis minus aptus erit. Memoraverat illa
Talia, cum Phoebus contra: Decus esse fatemur
Haud *buxo* exiguum; nostræque simillima lauro
Durat in extremas hyemes, non læsa pruinis.
Herculeæ contra frondes, & nobilis ulmus,
Chaoniumque nemus, platani, cycnique sorores
Fraxinus & Dryope, celsoque cacumine fagi,
Omne decus nemoris quod mons quodque edu-
cat hortus,

Id rapido fasces genero submittit Erechti:
At peritat semper frondenti vertice *buxus*,
Indomitumque gelu superat, cum frigore torpent
Cuncta, caput nivibus cumulatis exserit una;
Estque Viro decus eximium qui conditur istis,
Frondibus; at nostrum non est; Si laurea Phoebo
Autore accedat, dupli fulgebat honore.
Nobilitas animi majoris laude, meretur
Encomium prægnans, nec doctrina coævis
Invidenda, sibi lauros & præmia poscit.
Frondeat euge simul Parnasi gloria laurus,
Aoniumque ferens fertum, Berecynthia *buxus*.

(o)

ULB Halle
004 527 771

3



P

TA → 06

nur 11, 27, 28 verknüpft

VO 18
VIDT+





SUPREMAM IN PHILOSOPHIA
 LAUREAM,
 V I R O
 CLARISSIMO DOCTISSIMO QVE,
 DOMINO
 JOH. ALBINO
 BUCHSBAU
 UTRIUSQVE JURIS C
 INDEFESSO,
 EX MERITO
 WITTEBERGÆ SA
 A. O. R. M DCC XVIII.
 DIE XVI. CAL. NOVEMBR
 SOLENNITER DELA
 OBTIGISSE,
 GRATULATUR
 G. W.
 VITEMBERGÆ,
 TYPIS SCHROEDERIANIS, ACAD

